

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0001-1

TOMUS XXXIIII.
MISCELLANEORUM.

~~G.M.C.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-45.
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

6 böcker.

30

THESES DE COENA DOMINI,

PRÆSIDE REVERENDO ET
CLARISS. VIRO PETRO CALAMINO
Silesio, S. Theologiæ Doctore ac Professore ordinario, in Academia Heidelbergensi,

Ad disputandum propositæ,

A

M. FRANCISCO GOMARO
BRVGENSI, VERBI DIVINI MINISTRO,

PRO THEOLOGIAE DOCTORATV.

In Auditorio Theolog. II. Martij hora VII *matutina.*

HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smesmannum.
ANNO CIↃ. IↃ. XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0003-2

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0004-7

THESES DE COENA DOMINI.

THESIS PRIMA.

FIDVS est hic sermo & omnibus modis dignus, quem amplectamur, Christum venisse in mundum, vt peccatores servaret. 1. Tim. 1. 15.

II.

Verùm nativa labe & Diaboli insidiis, ad verbi divini oblivionem & diffidentiam propendemus. Matth. 13. 19. & 2 Corinth. 11. 3.

III.

Ideo Deus singulari clementia, non tantùm verbo suam in Christo gratiam promittit; sed etiam signis visibilibus ac sigillis in memoriam nobis revocat & obsignat. Genes. 17. 11. Rom. 4. 11. Exod. 12. Matth. 28. 19. & 26. 26.

IV.

Horum autem ſignorum commune nullum in ſacris literis extat nomen: eóque docendi gratia commodè Sacramenta appellantur.

V.

Sacramenta igitur vocantur ſacra illa ac viſibilia ſigna ac ſigilla, à Deo, in uſum eccleſiæ inſtituta, ad fœdus gratiæ ſuæ (ſeu promiſſionem Euangelij de cōmunione Chriſti & ſalute nobis, per ejuſdem paſſionem & mortem, parta) declarandum & obſignandum.

VI.

Sacramenta porro novi Teſtamenti ſunt duo; Baptiſmus & Cœna Domini.

VII.

Cœna Domini eſt alterum novi Teſtamenti ſacramentum, à Chriſto inſtitutum: in quo panis & vinum, in cœtu fidelium, diſtribuuntur & ſumuntur, ad Chriſti recordationem: hoc eſt, ut Chriſtus nobis teſtetur, ſe corpore & ſanguine ſuo pro nobis tradito & fuſo, nos ad vitam æternam paſcere, & nos illi pro his beneficiis ſolennes gratias agamus.

Eoq;

VIII.

Eoque Cœna non eſt nudum & inane ſignum: ſed quod eâ ſignificat & obſignat, reipſa fidelibus præſtat Chriſtus. Qui uti nec verbis, ſic nec ſignis aut ſigillis, fallere aut falli poteſt: quia eſt verus & omnipotens Deus. 1 Ioh. 5, 20.

IX.

In Cœna autem (ut in reliquis Sacramentis) duo ſunt conſideranda ſignum viſibile & res ſignificata.

X.

Signum viſibile eſt panis & vinum cum ritibus à Chriſto præfinitis: res ſignificata eſt panis & potus cœleſtis, corpus nempe & ſanguis Chriſti, pro nobis, & nobis ad ſalutem data.

XI.

Inter ſignũ verò & rem ſignificatam convenientia eſt; eaque duplex.

XII.

Prima eſt in utilitate: quòd quemadmodum panis fractus ac comeſtus & vinum fuſum atque hauſtum, exteriori homini ſeu corpori alendo, recreando & confirmando, ad vitam tempo-

ralem

ralem inſerviunt: ita corpus Chriſti fractum ac comeſtum, & ſanguis fuſus atque hauſtus, ſunt cibus ac potus interioris hominis, ad vitam æternam. Iohann. 6.

XIII.

Altera eſt in communicationis ſeu exhibitionis ac perceptionis in legitimo uſu certitudine: quòd quàm certò viſibile ſignum, panis & vinum, verè offertur; tam certò etiam inviſibilis gratia quæ ſignificatur, corpus nempe & ſanguis Chriſti cum ſuis beneficiis exhibentur & in legitimo uſu percipiuntur.

XIV.

Hujus duplicis convenientiæ gratia in verbis inſtitutionis Cœnæ nomina rei ſignificatæ, quæ ſunt corpus & ſanguis Chriſti, tribuuntur ſigno, nempe pani & poculo (id eſt, vino) metonymia ſacramentali.

XV.

Eoque verba Cœnæ; Hoc (nempe panis) eſt corpus meum: Hoc (poculum) eſt

est sanguis meus, non esse κατὰ τὸ ῥητὸν intelligenda.

XVI.

Deinde corpus & sanguinem Christi nec migrare in panem & poculum, nec iisdem contineri.

XVII.

Ac propterea Christum non in pane adorandum.

XVIII.

Nec ore & stomacho comedi: sed corde ac fide.

XIX.

Quamobrem etiam quæ de oralis, corporis Christi, manducationis utilitate & necessitate magnificè ab adversariis prædicantur, meritò, tanquam fidei repugnantia, repudiamus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0010-0

Ung. VI 45

ULB Halle 3
002 379 767

5. b.

VDA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-452301-p0012-2

30

THESES DE COENA DOMINI,

PRÆSIDE REVERENDO ET
CLARISS. VIRO PETRO CALAMINO
Silesio, S. Theologiæ Doctore ac Professore ordinario, in Academia Heidelbergensi,

Ad disputandum propositæ,

A

M. FRANCISCO GOMARO
BRVGENSI, VERBI DIVINI MINISTRO,

PRO THEOLOGIAE DOCTORATV.

In Auditorio Theolog. II. Martij hora VII *matutina.*

HEIDELBERGÆ,
Apud Abrahamum Smesmannum.
ANNO CIↃ. IↃ. XCIV.

I